

*austeritas me in Praga sexto iam afflixit*¹²². De toto pars sic intelligitur: *Michi autem videtur, quod anno preterito frigidior sit hic annus*. Hic totus annus pro hyeme ponitur, que pars est anni¹²³. Ab uno plura intelliguntur, hoc modo: *Boemus homo, si ad prandium invitatus fuerit, nisi iugi haustu cerevisie fuerit positus extra briam*¹²⁴ et propter potum nimium rationis exilium patiat, se fore non reputat invitatum. A pluribus unum intelligitur sic: *Quapropter consanguinitati vestre assurgens ad gratiarum uberes actiones, mente pura, intentione non ficta, serenis vultibus et hylari voluntate me vobis iam multis oblatum precibus noviter offero disponente Domino quidquid ero*. Serenis vultibus dictum est pro sereno vultu.

Octava est abusio, que verbo simili et propinquo pro certo et proprio abutitur^{k125}, hoc modo: *Minuti animi est, iniuriosa verba de aliquo promere non in faciem, sed post tergum, longique vitii se tabe contaminat, qui se cupit de aliquo obloquendo taliter vindicare*.

Nona est translatio, cum verbum in quandam rem transfertur ex alia re, que propter similitudinem recte videbitur transferri posse¹²⁶. Sex de causis omnis translatio fieri solet, quarum prima est causa ponende rei ante oculos, ut illud: *Est enim, quod non sine doloris aculeo dicimus: Gramatice artis noviter extincta lucerna, fons desiccatus irriguus, frugifer Eufraten, magister Bene*¹²⁷. Secunda est causa brevitatis, ut: *Indignatio Clementis pape subito submersit naufragio Chunradinum*¹²⁸. Tertia est

i) folgt invitatus Hs.

k) abutimur Hs.

122) Vgl. Galfridus de Vinosalvo, Documentum II 3, 32 (F a r a l S. 290), der auf Ovid verweist (Epistulae ex Ponto I 2, 25 f.).

123) Galfridus de Vinosalvo, Documentum II 3, 33: *Totum ponimus pro parte, quando ,annum' ponimus pro ,hieme', ut, si dicturi sumus ,Hiems ista est frigida', dicamus ,annus iste est frigidus'*. (F a r a l S. 291); ders. Poetria Nova 1025–1027 (Gebrauch der Jahreszeiten anstelle von ,annus'), F a r a l S. 229.

124) Bria = Weingefäß; Weinmaß; extra briam = extra mensuram: Mittellateinisches Wörterbuch 1 (1959) Sp. 1581. *Extra briam positus* also: maßlos betrunken.

125) Vgl. Rhet. Her. IV 45.

126) Vgl. Rhet. Her. IV 45. Die Unterabteilungen sind z. T. in der Reihenfolge verändert.

127) Aus Petrus de Vineia, Ep. IV 7, Druck: A. Huillard-Bréholles, Vie et correspondance de Pierre de la Vigne (1865) S. 301 Nr. 6.

128) Papst Clemens IV. (1265–68). Heinrich weist offensichtlich die Schuld am Tode Konradins dem Papst zu.